



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 4. Novæ in S. Athanasium Calumniæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

Sæculum IV. stantio Imperatore Athanasii revocatione  
A. C. 338. resistere non audente, ipse, relictis viris, itineri se dedit, post annorum duorum, & quatuor mensium exilium. Pe-

*Syn. Alex.* quam per Syriam in Ægyptum trans*ap. Athan.* Alexandriam ingressus incredibili omni*2. Apol. p.* um ordinum gaudio exceptus est, Clericis*728.*

civibus, agrestibus ad Episcopum videndum turmatim concurrentibus, in omnibus Ecclesiis precantium, & Gratias agentium voces audiebantur. Alii que Episcopi, sedibus suis pulsati, quos ter Asclepas Gazensis, & Marcellus Agyranus erant, restituti sunt. Ariani iam querebantur, Athanasii revocatione Ecclesiæ Disciplinam lædi, nec, a Concilio Tyriensi sua Sede dejectum, alia quam alicujus Concilii Decreto rite retulit posse.

#### §. IV.

##### *Nouæ in S. Athanasium calumnia.*

*ap. Athan.* Ad tres Imperatores scripsere epistolas multis in Athanasium criminationibus congestis, prima erat, ipsum, ad Sodem suam redeundo, nullius Concilii auctoritate fultum, Canones violasse. Reditum ejus tumultus, & seditionum, lacrymarum, & gemituum populi, invictum recipientis, causam fuisse. Ecclesiæ Alexandrinas expilasse. Vi, & crudibus profanasse. Redditus a Constan-

*Athan. p.*

*730.*

tino Imperatore Viduis, & Clericis in Ly- Sæculum IV.  
 bia, & aliis Ægypti locis sustentandis A.C. 338.  
 constitutos, in usus proprios convertisse,  
 & frumentum illis eleemosinis destina-  
 tum, in privatam suam utilitatem, ven-  
 didisse. Etiam ab Imperatore Constan-  
 tio Epistolam obtinuerunt, quæ hoc ul-  
 timum accusationis caput testatum fa-  
 ciebat, tantæ accusationes nec apud Con- *ad solit.*  
 stantem, nec Constantium fidem plene *p. 815.*  
 invenerunt, quamvis Eusebiani ad eos *Apol. ad*  
 misissent, qui veras esse testarentur, nam *Const. p. 675.*

Alii qu-  
 Isi, quos  
 arcellus  
 Ariani  
 evocation  
 ec, a Co  
 tum, alia  
 co rite re  
 columnia.  
 e epistles  
 imination  
 sum, ad Se  
 Concilii  
 olasse. Re  
 tionum, la  
 puli, invita  
 se. Eccles  
 Vi, & ca  
 a Constan  
 tine

sua quoque ex parte S. Athanasius quos-  
 dam Clericos delegaverat, qui monstra-  
 ta ejus innocentia inimicis ruborem ex-  
 cuserunt.

Eusebiani Macarium Presbyterum, *Julius P.*  
 Martyrium, & Hesichium Diaconos Ro- *ap. Athan.*  
 mam cum Epistolis ad Julium Papam mi- *Ap. 2. p. 743.*  
 serunt, qui non solum S. Athanasium, sed *Epiph. hær.*  
*69. n. 8.*

etiam Asclepam Gazensem, & Marcellum  
 Ancyranum accusarent; Delegati isti  
 causam Pisti agebant, ab Eusebianis ordi-  
 nati & Sedi Alexandrinæ destinati, qui  
 tamen ejus possessionem nunquam cepit;  
 postulabant, ut ei Papa scriberet, sicque  
 cum eo se communionem habere com-  
 probaret. (\*) S. Athanasius etiam pro

Z 2 sua

(\*) Ecce! Hæretici quoque Episcopi Romani  
 Communionem exoptant, ut persuadere possint  
 populis, Episcopi a se ordinati legitimam fuisse  
 Electionem.

Sæculum IV. sua causa quosdam Presbyteros Romam  
A.C. 338. misit, quos, jam jam urbem ingressus  
 esse, ubi Macario relatum, timens, nesciens  
 causa Pisti probrose convinceretur,  
 Etu, quamvis ægrotaret, & a Papa ex*ab hi-*  
 staretur, excessit, Martyrio, & Hesic  
 remanentibus. Missi a S. Athanasio, i  
 pam docuerunt, hunc, quem Episcopi  
 dicerent, Pistum ex primis Arii Discip  
 lis esse, ipsum, & Secundum Ptolemei  
 denum, ejus Ordinatorem, a S. Alex  
 Jul.ap. Ath. dro primum, & deinde a Concilio N  
 Apol. 2. p. cæno fuisse excommunicatos; nec tam  
 741. Ad fuit Martyrii Diaconi audacia, ut neg  
 solit. p. 819. ret. Similiter omnia accusationis cap  
 ta in colloquio publico coram S. Ponti  
 ce magna Eusebianorum confusione d  
 luerunt. Tandem Eusebianorum Del  
 gati Papam rogarunt, Concilium conv  
 caret, quo Athanasius, & accusatores  
 ius comparere tenerentur, ibi se accus  
 tionis argumenta prolaturos. Papa, con  
 ditionem accipiens, utrique parti scripti  
 & S. Athanasium privatim monuit, ut  
 adesset.

## §. V.

*Constantini junioris obitus.*

Socr.ibi.c.5. Constantinus junior, restituto Athan  
 Zosim. L. 2. sio, haud diu superstes fuit. Orta  
 p.692. Vi- propter Africam, & Italiam lite, Con  
 stor. Epist. stans, quo melius falleret, tribus annis i  
 ram